

non alienus. domum meam consciencie scilicet et testamentum dispono et ordino in hunc modum. Primo lego ecclesie strengnensi. vbi eligo tumulari. centum marcas denariorum pro vno calice aureo faciendo Jtem eidem ecclesie strengnensi. do. molendina in gladhø cum duobus solidis terre. quorum alter in roknadal. alter in myraby parochia tælghis noscitur fore situatus. jta videlicet quod Canonicus qui prebendam quam huc vsque tenueram pro tempore habuerit, molendinum predictum cum eisdem duobus solidis possideat. et tria talenta cere predictæ ecclesie strengnensi. in perpetuum soluat annuatim. Jtem fratribus in iuluttum. vnum ambulatorem. Jtem fratribus predicatoribus in strengenes .III. marchas denariorum. Jtem fratri benedicto seniori. nauem meam que dicitur skuta. Jtem fratri johanni ingonis. duas flaskas de calibe Jtem hospitali in strengenes. duo bangkalia. Jtem famulis monasterij in strengenes. II. pernas. Jtem cristine in Rýghebý. sorcocium meum rubeum. cum foratura pellium variarum. tunicam rubeam et capucium rubeum cum pellibus et amphoram stanneam maiorem. Jtem andree niclisson beuiarium meum et sellam meam. Jtem cristine in agastum capam meam blaueam. Jtem iohanni in rýghebý equum meum nigrum Jtem iacobo olafson .I. polidrum coloris brun. Jtem domino petro tunicam meam blaueam. Jtem cristine pantæ .VI. modios farine. Jtem margarete .II. thýniones. annone. Jtem choralibus in strengenes. dimidiam marcham cuilibet. Exequutores testamenti mei facio et constituo. dominum nicholaum prepositum strengnensem dominum frenderum. canonicum ibidem. et Johannem in Rýghebý. Ad maiorem igitur euidentiam. peto venerabilem patrem dominum meum styrbernum dei gracia episcopum strengnensem. dominum Johannem dansson. dominum jnggewaldum magnusson. canonicos ibidem. et dominum laurencium sacristam sigilla sua vna cum sigillo meo presentibus vt apponant. Actum anno domini .M°. CCC°. XXX°. feria tertia proxima post dominicam sexagesime.

Sigillen borta; remsorna till N:o 2 och 4 finnas kvar.

2760.

1330 d. 13 Febr.

Höfdingen öfver Seland och Skåne, Gref JOHAN af Holstein, tilldömer Esroms kloster 2 bol och 8 tomter i Gislöf i Skåne, hvilka Johan Jakobsson dit testamenterat. (Jfr N:o 1991).

Codex Esrom. perg. på Univers. Bibl. i Köpenhamn, fol. 174, v.

Omnibus presens scriptum cernentibus JOHANNES dei gracia Comes Holtzacie et stormarie terrarumque Sielandie et skanie capitaneus. Salutem in domino sempiternam. Notum facimus vniuersis. quod nos religiosis viris dominis

Abbati et Conuentui in Esrom duo bool. in terris in campo geeslef, cum octo fundis. ibidem sitis. que Johannes iacobson. eisdem dominis in testamento legauit. que quidem bona omnia Nicholaus tuweson de klapæthorp. Andreas pætersen de bældorp et Nicholaus iæcobson de Harthagher, omni iuri suo si quod eis in dictis bonis et bool, post mortem predicti iohannis iæcobson competebat, omnino renuntiantes. per apertas suas litteras prenominationis dominis Abbati et Conuentui perpetuo possidenda resignauerunt, cum omnibus eorundem fructibus prout sunt ipsis dominis Abbati et conuentui in placito nostro iustitiario liberius adiudicata. Adiudicamus iure perpetuo possidenda. Vnde per gratiam nostram districtius inhiemus ne quis cuiuscunque condicionis aut status existat. predictos dominos super huiusmodi bonis et bool. decetero audeat aliquatenus infestare. siue in aliquo perturbare. Prout indignacionem nostram et vltionem condignam duxerit euitandam Datum sub secreto nostro. Anno domini M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>C<sup>o</sup>C<sup>o</sup> trecessimo(!) in profesto beati valentini martiris. Testibus dominis Andrea Niclason de ingælstorp. Nicholao kyrningh et petro niclæsson de stothaugh militibus iusticiariis nostris.

2761.

1330 d. 15 Febr.

Lund.

ANDREAS PETERSSON af Bollerup intygar, att han, jemte Nils Jakobsson och Nils Tuweson af Klapathorp, afstått till Esroms kloster de 8 tomter i Gislöf, som Johan Jakobsson dit testamenterat. (Jfr N:o 1991, 2760).

Codex Esrom. perg. på Univers. Bibl. i Köpenhamn, fol. 175.

Omnibus presens scriptum cernentibus, ANDREAS PÆTERSON de boolthorp, Salutem in domino sempiternam. Tenore presencium protestor. quod bona in geeslef scilicet octo fundi. cum eorum attinentiis, que iohannes iacobson reuerendis dominis Abbati et Conuentui in Esrom in testamento suo legauit. per me et reuerendos dominos. Nicholaum iacobson et Nicholaum twesson de klapathorp. iuste et legaliter eisdem dominis fuisse resignata. sicut in litteris eorundem dominorum super hoc confectis et nostris sigillatis plenius continetur, de cetero eciam nunquam per me. nec per meos successores supra dicta bona omni inpedimento remoto aliquatenus debeant inpediri. Datum lundis. Anno domini. M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup>. tricesimo in Crastino valentini meo sub sigillo.